Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Iehabel. semen dei dicitur: p quam bone
uoluntatis affectus exprimitur: qui ab
illo tributur: qui discipulis suis in cena
loquitur: Sine me michil potestis facere.
Casaloth. scutum signum interpratur: quo
mundi CONTEMPTVS figuratur:
QVIA mundi uel carnis AMATO
ribus, pstitucia reputatur: sicut apls
loquitur: Si quis inter uos uidetur
esse SAPIENS: stultus fiat. ut sit sapi
ens. Sunem. coccinum. uel uarietas di
citur: p quam uirtutum multiplicitas
exprimitur: qua & peccatum contegi
tur: & uarietate spectabili unta com
ponitur: Iffarayim. fodiens mare in
terpratur: p quam CARNIS morti
ficatio figuratur: qua mare foditur:
cum p continentie districtionem.
dissolutionis fluctus reprimitur: Se
ron. princeps tristicie dicitur: quia
p carnis mortificationem salubris
tristicia acquiritur: Naarath.
descensio dicitur: p quam humili
tas exprimitur: qua ab omni altitu
dine descenditur: Rabbinth. scorpi
ones dicitur: quibus districtionis
uis exprimitur: de qua ROBOAM
pplo loquitur: Pater meus cecidit uos
flagellis: ego autem cedam uos scor
pinibus. Cuius litere intelligentiam
siquis requirit: in expositione nri. su
per librum REGVM. in loco suo
eam inuenire potest. Caseon. duri
infortitudine interpratur: per quam
CONSTANTIA designatur: que
nullo fluctu uoluptatis eneruatur:
Abes. exsiccata dicitur: p quam districta
CONTINENTIA exprimitur: qua om
nis humor carnalium concupiscentiarum
exsiccatur: Ramath. excelsa interpratur:
quia p continentiam unta hominum sublimatur:
Cinnamni. fons ortus dicitur: p
quam INTELLIGENTIA celestium
mysteriorum exprimitur: de qua IN CAN
TICIS dicitur: Fons ortorum. puteus aquarum
uiuentium: quique fluunt impetu de Lyba
no. Cnadda. fons exaccutus interpratur:
p quam uere SAPIENTIE gustus de
signatur: qui p gram sci spiritus magis
magisq; exacuitur: Bethfases. domus oris
floremis dicitur: qua post gustum sapi
entie salutaris. eloquentia doctrine salu
taris exprimitur: Terminus eius usq; ad
thabor puenit: quia uere sapientie gustus.
eterne PATRIE lucem attingit: quam thabor
exprimit. Schima. incubuit egrediens dici
tur: p quam VITE terminus exprimitur:
qui infirmitate carnis p mortem pficitur:
Bethsames. domus solis interpratur. p quam
celestis regni CLARITAS designatur: ad
quam p mortem carnis puenitur: Fluctus
eius IORDANIS esse describitur: qui app
hensio eorum uel uidens. iudicium interpratur:
quia qui fortitudine spiritus in psenti
armatur: in futuro iudicio. eterne remu
nerationis brauio donatur: Ciuitates se-
decim describuntur: quia uirtutum succes
siones. inexpugnabiles munitiones fidelib
efficiuntur: Iste enim numerus ex senario
& denario conficitur: & p senarium pfectio
operum. p denarium. pptr decalogum.
sacrate plenitudo exprimitur: quibus
utrisq; remuneratio eterna rependitur:
Ville earum. sunt reliquie cognationum.